

Bijlage VWO
2025

tijdvak 2

Latijnse taal en cultuur

Tekstboekje

Tekst 1


Jupiter vertelt Venus over de nakomelingen van Aeneas.

257 "Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum
258 fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini
259 moenia, sublimemque feres ad sidera caeli
260 magnanimum Aenean; neque me sententia vertit.
261 Hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet,
262 longius, et volvens fatorum arcana movebo)
263 bellum ingens geret Italia populosque feroces
264 contundet moresque viris et moenia ponet,
265 tertia dum Latio regnantem viderit aestas
266 ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.
267 At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
268 additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno),
269 triginta magnos volvendis mensibus orbis
270 imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
271 transferet, et Longam multa vi muniet Albam.
272 Hic iam ter centum totos regnabitur annos
273 gente sub Hectorea, donec regina sacerdos
274 Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
275 Inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus
276 Romulus excipiet gentem et Mavortia condet
277 moenia Romanosque suo de nomine dicet.
278 His ego nec metas rerum nec tempora pono:
279 imperium sine fine dedi. Quin aspera Iuno,
280 quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat,
281 consilia in melius referet, mecumque fovebit
282 Romanos, rerum dominos gentemque togatam.
283 Sic placitum. Veniet lustris labentibus aetas
284 cum domus Assaraci Pthiam clarasque Mycenae
285 servitio premet ac victis dominabitur Argis.

286 Nascetur pulchra Troianus origine Caesar,
287 imperium Oceano, famam qui terminet astris,
288 Iulius, a magno demissum nomen Iulo.
289 Hunc tu olim caelo spoliis Orientis onustum
290 accipies securā; vocabitur hic quoque votis.
291 Aspera tum positis mitescent saecula bellis:
292 cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
293 iura dabunt; dirae ferro et compagibus artis
294 claudentur Belli portae; Furor impius intus
295 saeva sedens super arma et centum vinctus aënis
296 post tergum nodis fremet horridus ore cruento.”

Vergilius, Aeneis 1.257-296

Afbeelding 1



In het Elysium, reclamekaart van Liebig Bouillonblokjes, ca. 1900.

Tekst 2

Anchises wijst in het Elysium beroemde toekomstige Romeinen aan.

836 "Hij daar zal, na de nederlaag van Corinthe, als overwinnaar zijn zegekar
837 het hoge Capitool op sturen, beroemd om zijn triomf op de Grieken.
838 Die daar zal Argos overwinnen en het Mycene van Agamemnon,
839 ja zelfs de nazaat van Aeacus, Achilles' geslacht, machtig met wapens,
840 en zo zijn voorouders in Troje wreken en Minerva's tempelschennis.
841 Wie zou, grote Cato, jou willen verzwijgen, of jou, Cossus?
842 Wie het Gracchengeslacht, of de beide Scipiozonen,
843 beide bliksems in oorlog en een ramp voor Libye; en van eenvoudige
844 afkomst de machtige Fabricius, of jou, Serranus, eenvoudige zaaier?
845 Waarheen sleuren jullie, Fabiërs, mijn moede ik? Jij bent die Maximus,
846 die op zijn eentje voor ons de macht door aarzelen redt.
847 Excudent alii spirantia mollius aera
848 (credo equidem), vivos ducent de marmore vultus,
849 orabunt causas melius, caelique meatus
850 describent radio et surgentia sidera dicent:
851 tu regere imperio populos, Romane, memento
852 (hae tibi erunt artes), pacique imponere morem,
853 parcere subiectis et debellare superbos."
854 Sic pater Anchises, atque haec mirantibus addit:
855 "Aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis
856 ingreditur victorque viros supereminet omnes.
857 Hic rem Romanam magno turbante tumultu
858 sistet eques, sternet Poenos Gallumque rebellem,
859 tertiaque arma patri suspendet capta Quirino."

Vergilius, Aeneis 6.836-859

Tekst 3

Juno spreekt met Jupiter over de toekomst van de Trojanen.

818 "Et nunc cedo equidem pugnasque exosa relinquo.
819 Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
820 pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:
821 cum iam conubiis pacem felicibus (esto)
822 component, cum iam leges et foedera iungent,
823 ne vetus indigenas nomen mutare Latinos
824 neu Troas fieri iubeas Teucrosque vocari
825 aut vocem mutare viros aut vertere vestem.
826 Sit Latium, sint Albani per saecula reges,
827 sit Romana potens Itala virtute propago:
828 occidit, occideritque sinas cum nomine Troia."
829 Olli subridens hominum rerumque repertor:
830 "Es germana Iovis Saturnique altera proles,
831 irarum tantos volvis sub pectore fluctus.
832 Verum age et inceptum frustra summitte furorem:
833 do quod vis, et me victusque volensque remitto.
834 Sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt,
835 utque est nomen erit; commixti corpore tantum
836 subsident Teucri. Morem ritusque sacrorum
837 adiciam faciamque omnes uno ore Latinos.
838 Hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,
839 supra homines, supra ire deos pietate videbis,
840 nec gens ulla tuos aequae celebrabit honores."
841 Adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit;
842 interea excedit caelo nubemque relinquit.

Vergilius, Aeneis 12.818-842

Tekst 4

Aeneas vertelt over de keer dat zijn mannen en hij op een eiland kwamen waar kuddes vee graasden. Ze slachtten toen enkele dieren om ze op te eten.

De onderstaande tekst begint op het moment dat de Trojanen willen gaan eten. Dan verschijnen er Harpijen (stinkende roofvogels met het hoofd van een vrouw), die hun het eten onmogelijk maken.

223 Tum litore curvo
224 exstruimusque toros dapibusque epulamur opimis.
225 At subitae horrifico lapsu de montibus adsunt
226 Harpyiae et magnis quatiunt clangoribus alas,
227 diripiuntque dapes contactuque omnia foedant
228 immundo; tum vox taetrum dira inter odorem.
229 Rursum in secessu longo sub rupe cavata
231 instruimus mensas arisque reponimus ignem;
232 rursum ex diverso caeli caecisque latebris
233 turba sonans praedam pedibus circumvolat uncis,
234 polluit ore dapes. Sociis tunc arma capessant
235 edico et dira bellum cum gente gerendum.
236 Haud secus ac iussi faciunt tectosque per herbam
237 disponunt enses et scuta latentia condunt.
238 Ergo ubi delapsae sonitum per curva dedere
239 litora, dat signum specula Misenus ab alta
240 aere cavo. Invadunt socii et nova proelia temptant,
241 obscenas pelagi ferro foedare volucres.

Vergilius, Aeneis 3.223-241

Aantekeningen

- regel 224 *Het -que van **exstruimusque** onvertaald laten.*
exstruere neerzetten
torus aanligbed
- regel 225 ***subitae** Predicatief vertalen.*
lapsus duikvlucht
- regel 226 **Harpylae** Harpijen
- regel 227 **foedare** vervuilen
- regel 228 **tum t/m odorem** Vul aan: **sonat.**
dira Verbinden met **vox** (regel 228).
- regel 229 **Rursum** Om de Harpijen te ontwijken ruimden de Trojanen de tafels af en probeerden ze op een meer beschutte plek de maaltijd voort te zetten.
secessus longus diepe inham
- regel 229-231 *Regel 230 is met opzet weggelaten.*
- regel 231 **arisque reponimus ignem** en we maakten het vuur op het altaar weer aan (Voor elke maaltijd werd er aan de goden geofferd.)
- regel 232 **ex diverso** vanaf een andere kant
caecisque latebris = et ex caecis latebris
- regel 233 **turba** Hiermee wordt de groep Harpijen bedoeld.
- regel 234 **arma capessant = ut arma capessant** - Verbinden met **edico** (regel 235).
- regel 235 **edicere** bevelen
edico Met deze persoonsvorm worden twee verschillende constructies verbonden, namelijk de bijzin (**ut**) **arma capessant** (regel 234) en een a.c.i.-constructie.
gerendum = gerendum esse
- regel 236 **Haud secus ac iussi** precies zoals hun bevolen was
tectos uit het zicht (Door de wapens niet direct te laten zien hoopten ze een verrassingsaanval op de Harpijen te kunnen doen.)
- regel 237 **disponere** verspreid neerleggen
latentia zodat ze niet te zien waren
- regel 238 **sonitum dare** gekrijs laten horen
dedere = dederunt Onderwerp: zij (= de Harpijen)
- regel 239 **Misenus** Misenus (een Trojaan)
- regel 240 **aes cavum** trompet
novus bizar
- regel 241 **pelagi volucris** (vrouwelijk) zeevogel
foedare om te doden